Ubi scribit alteri condolendo
de morte amici vel compagni sui

Epistola francisci petrarche
florentini poete

De Vita et Morte et statu hominis

Heu michi duro et nimium vivaci. ergo
ego infelix et sinistro natus sydere in hac
misera ac fugaci vita tam diu ideo reservatus
sum. ut letum ac dulce nichil sentiam
tristia et amara eventu experiar. ad hoc
solum vivo ut cottidie duorum cottidie amicorum
mortes audiam, utque ceu Carthusiensis multis
in luctibus atque perpetuo merore et nigra
veste stratam, penam vitam flendo fatigarem
nullius hominis deinceps mortem flere
decreveram. Idque professioni ~~...~~ mee
decebat et etati rebatur. Sed nimis ad vivum
tangit dolor. heu iam duce amisimus unum suavissimum
~~presentem~~ vobis fratrem. amantissimum atque
optimum ~~ego~~ dominum mitissimum. qui nullis

Narrat dilectio

suis exmeritis meis sed sola nobilitate
animi. me ut nostis dudum amare ceperat
nec tam amare sed colere. ut ego ipse et
gauderem vehementissime ac mirarer non
minimum. Unde illa tanta dilectio tantaque
veneratio in tanta status atque etatis imparitate
Solet enim etas illa hanc fugere vel horrescere
Ille vero non ita meminit nec umquam oblivisci
nec oblivisci debeo ut hoc ipso anno dum
romam peterem cum illo terribili retardatus
apud vos essem me servis meis in hac parte
fluenta detulerat qui mei curam non quasi
alienigene pauperis hominis sed ut magni
cuiuspiam viri vere desagueris suscepisti